

De passione domini

tuo plusq̄ meip̄m q̄sto tu es maior me
pro quo dedisti teip̄m z cui pmittis te
ip̄m: fac p̄cor domine me gustare p̄ amo
rem quod gusto p̄ cognitionē. Sentias
p̄ affectū qd̄ sentio p̄ intellectum pl̄ de
beo q̄ meip̄m totū: nec plus habeo: nec
hoc ip̄m possum per me reddere totum.
Trābe tu dñe in amorē tuū v̄l hoc ip̄m
totū qd̄ sum: tuū est p̄ditōe fac totū tuū
dilectōe. Ecce dñe corā te cor meū conat̄
S̄z p̄ se nō pot̄: fac tu qd̄ ip̄m nō potest
Admitte me inter cubiculū amoris tui
Peto q̄ro pulso. Qui me facis petere.
fac z accipe. Das querere: da inuenire:
doces pulsare ap̄i pulsāti. Qui das si ne
gas p̄tenti: qd̄ inuenit. Si querēs fru
strā. Qui ap̄is si pulsāti claudis. Quid
das nō orāti. Si amorē tuū negas orā
ti aliqd̄ te habeo desiderare a te habeam
impetrare: adherere illi: adherere impu
ne aia mea. Bone dñe pie dñe ne reijci
as eam: fame amoris tui lāguet: refacil
la eā satiet eā dilectio tua. Impinguet
eā affectus tuus: occupet me totū z pos
sideat me totū. Qui es cū p̄fe z sp̄scō
de solus b̄ndict̄ in sc̄la sc̄loꝝ Amen.

Expliciūt meditatioēs beati Anselmi
de redemptione generis humani.

Incipit Anselmus tractans de passi
one domini nostri iesu christi.

Status Ansel

b
mus longo tpe orōibus z la
crimis z ieiunijs rogabat be
atam x̄ginem vt ei reuelaret q̄liter fili
ei passus fuerit Tandē beata virgo ap
paruit ei z dixit. Tātōz talia passus est
filius meus dilectus q̄ nullus sine effu
sione lacrimaz exp̄mere p̄t: tñ qz glifica
ta sū: amplius flere nō possū. Lū passi
onē filij mei p̄ ordiem sicut facta ē p̄ sin
gula tibi explicabo. Et beat̄ anselmus
p̄ singula q̄sui: z brā x̄go r̄didit. Que
sui at sic. Dic carissima dñia q̄liter fuit
passio filij tui inchoata. Respondit ma

ria. Quā filius me^o a cena facta surrexit
cū discipul̄ suis: Judas scarioth ad p̄n
cipes sacerdotū abiit: z filiū meū tradi
dit. z p̄ triginta denarijs vendidit. A
Quales fuerāt illi denarij. Ad Isma
helitici qb̄s z ioseph v̄ditus fuit ante
q̄tuor milia ānoꝝ z hereditaria fuerunt
successiōe duoluti ad illos iudos q̄ xp̄s
emerūt: z valet vn̄ tñ q̄tū decē vsua
les. Et nota q̄ iudas ita auarus fuit q̄
vidit q̄ xp̄m p̄ eis v̄didit: z tñ xp̄s sibi
sepe p̄dicauerat: z nūq̄ eū cōuertere po
terat. A Fuiisti tūc cū filio tuo z disci
pulis ei^o. Ad Mō: sed scias qz cenaue
rat: z pedes discipuloꝝ lauerat: z corp^o
suū z sanguinē eis dederat: z dulcis eis
p̄dicauerat. z Judas p̄tiffices adierat:
filius me^o de mōte syon cū discipul̄ suis
descēdit: z pedē mōtis oliueti vbi erat
ortus introiuit: z discipulis dormienti
bus ascēdit ad pedē mōtis oliueti q̄nt^o
est ictus lapidis a discipul̄: z orauit pa
trē sic Exaudi me dñe qm̄ benigna ē mi
sericordia tua: fin̄ mul. m̄. tue. ref. i me
Iniēde aie mee z libera eā p̄pter inimi
cos meos: respice in me. A Quare sic
orauit. Ad Propter tres rōes p̄ima
qz delicate nutrit^o fuit: vt pote fili^o virgi
nis de stirpe regis natus: qz nobiles ma
gis dolēt q̄ rustici. Secūdo qz tāta an
gustia eū inuasit: qz guttas sanguis su
dauit de toto corpe suo: qz fuit de^o: idō
oia q̄ pati debuit p̄sciuit: cōsp̄tōem: fla
gitōez: blasphemias: p̄fixionem z h̄nōi.
Tercō p̄sciuit qz iudei nō debuerūt eius
misereri: z qm̄ sic orauit. P̄ si fieri p̄t trā
seat a me calix iste: angel^o ei appuit cō
fortās eū z dixit. Cōstās esto dñe qz mō
debes totū gen^o humanū redimere: pos
stea ad discipulos redijt: eosqz dormien
tes inuēit: qb̄ dixit. Mō potuistis vna
hora mecū vigilare: z dixit: ecce appropi
quabit q̄ me tradet. Et ecce Judas ve
nit cū turba magna i ortū z dixit iudeis
Duo itaqz pares st. scz. Jacob^o z iobes

Tha

Unde do vobis signū. Quem oscular^o fuero ipse est tenete eū. Et cū iudas pcederet cū turba ihesus pcessit ad eos dicens: quē queritis. Qui respōderūt: iesū nazarenum. Quibus ipse. Ego sum. Et cū dixisset: ego sum: oēs ceciderūt retrorsum. Quō bis factū est: et postea dixit: si me queritis: sinite hos abire: vt sermo adimpletur: qz quos dedisti mihi: nō pdidi ex eis quēqz. Tūc accedēs iudas osculatus est eū. Cui xps. Iuda osculo tradidisti filiū hoīs. At illi iniecerūt manus in iesū: et tenuerūt eū. Et petrus extraxit gladiū: et pcussit seruū q̄ vocabat̄ malchus. **A** Fuit ibi aliqd̄ factū miraculū. **A** Filius meus apphendit seruū: et statim sanauit eū: et dixit petro. Abitte gladiū in yaginam eius: oīs enī q̄ accepit gladium gladio pibit. **A** Nōne putas q̄ possum rogare p̄cem meuz: vt mitteret mihi plusqz̄ duodecim legiōes angeloz. Tūc oēs discipuli eius relicto eo fugierūt. **A** Fuisti tūc cū eo. **A** Non. **A**n. Quare cū eo nō eras cum eū diligeres. **A** Nox erat: nec expediebat vt tūc inuēcle foris iuenirēt. **A** Sed vbi fuisti. **A** Fui in domo sororis mee m̄ris iohannis euangeliste. **A** Quō ergo et a quo nunciatum ē tibi qd̄ factum fuit. **A** Audi nūc qd̄ nimis ē lamentabile. **A** Venerūt discipuli lamentabiliter currentes et clamātes carissima dñā dilectus filius tuus capt^o est: et nescimus quo ducit̄: nā ligat̄: et nescimus: vtz̄ iā sit occisus: vel qd̄ factū sit ei. **A** Fleuisti tūc dñā. **A** Licet scirem: q̄ humanū genus redimere deberet: tamē ppter magnū affectum doloris gladi^o symeonis tūc aiām meam transfixit. **A** Quo tūc ductus fuit. **A** De orto p vallem iofaphat p portā q̄ vocat̄ aurea ductus fuit p plateam scribarz et pharisoz et pphetaz et pontificū iuxta templū in domū anne. Et questuit anna de doctrina et discipulis. **A** Ipse dixit. Ego

palam locutus sū: et in occulto locut^o sū nihil. **Q**uid me interrogas: interroga eos q̄ audierūt ipi sciūt quid dixerit ego. Tūc assistens vnus ministroz: dedit ei alapam dicens. Sic respondes pōtifici. **L**ui iesus. Si male locutus sū: testimonium phibe de malo. Si autē bene: cur me cedis. Tūc lanauit panniculū de camisa: et ligauit oculos eius tanqz̄ furi. quod tū nulli fit: nisi p̄us dānet. **E**t illi serūt ei tota nocte: et spuerunt in faciem ei^o: et illuserūt de lumine dicētes: pphētiya q̄s est q̄ te pcussit. Tūc iohānes eristens intus: qz nor^o erat pontifici: introduxit petz: quē videns hostiaria dixit. Tu ex discipulis es hui^o hominis. Tūc petrus ter negauit cū iuramēto q̄ eū nūqz̄ nouisset et vidisset: et statim gallus cātauit. **E**t respexit dñs petrum. **E**t recordatus petrus vbi dñi qd̄ dixerat: atēqz̄ gallus cantet ter me negabis: exiuit foras: fleuit amare. **A** Tbi fuisti carissima dñā cū hec fierēt. **A** Statiz vt discipuli nūciassent mihi qd̄ factū fuerat: cucurri cū magdalena iuxta templum et tumultū audiēs in domo anne volebaz intrare: sed nō fui pmissa. **U**bi foris stabam: et clamās et plorans: heu dilecte fili mi lumē oculoꝝ meoꝝ. **Q**uis dabit capiti meo aquā: et oculis meis fontem lacrimaz: et plorabo die ac nocte. qz̄ longe factus est a me solator. **E**t maria magdalena circuibat vndiqz̄ introspicēs p fenestras. et ego stabā audiēs oīa q̄ tota nocte fiebāt scz̄: illusiōes et blasphemias et cōtumelias q̄s filio meo inferebāt: et petrū negantem: et cū ter negasset: et filius meus ipm̄ inspexisset: ppter quod egrediens foras fleuit amare: inuenit nos foris stantes et iulātes: clamauit: heu carissima dñā tam miserabiliter tractatur filius tuus: quod nullus tibi explicare pōt: et currēs abscondit se in petra p̄tīm ore: que vocatur galli cātus: et nō cōparuit donec xps̄ mortuus in cruce fuit

Deposuit postea ad
 et de domo a
 p̄ba: et tunc pa
 accurrez qu
 videbā illā de
 iudeoz: ma
 Et ciulā se
 heu dulcissim
 nō video: q̄ tot
 gaudebam:
 nō fuit pmissa
 illuc et cōtume
 vndiqz̄ cōcurre
 cōdemn
 spem q̄ libere
 ita inguiculi
 q̄ ex
 tūc fieri q̄
 nō a
 amabilis q̄
 modico tpe laps
 lepulus agn
 fallā testimonia
 esse legē deltru
 Tandē duo fr
 p̄tūc p̄tūc p̄tūc
 et caritas vni
 Respōdit e
 cū m̄m̄ gano me
 negat̄ somn
 vobis. **E**t dicit̄ m̄
 a vobis
 et tūc dicit̄
 vider̄. **E**t oēs dicit̄
 tūc dicit̄ gladi^o transfixit
 rāam meā. **A** Quo tūc
 dicit̄ iudicē pliaz. **A** S
 cōtūmētia dicit̄. **A**
 et tūc dicit̄
 et quoz̄ vni
 p̄tūc p̄tūc p̄tūc

De passione dñi

A Dic qđ factū fuit postea **Ab** Aba ne facto eduxerunt eū de domo anne: et duxerūt eū ad cayphā: z tunc primo qñ captus est vidi eū: z accurrēs quasi leena captis fetibus videbā illā desiderabilem faciē sputis iudeoz maculatam. z crines dilaniatos. Et ciulās clamā alta voce z dixit. Iheū dulcissime fili q̄ miserabiliter te mō video: q̄ toties tuo amātissimo aspectu gaudebam: z volēs eum amplecti sed nō fuit pmissa a iudeis: sed trusa huc z illuc z cōtumeliose amota: z populus vndiq̄ cōcurrebat: sicut qñ fures z latrones cōdemnant. **A** habuisti aliquam spem q̄ liberari posset. **Ab** Sciebā q̄ ita ingeuosus esset z faciūsus: z speraueram q̄ se excusaret si ad iudiciū pueniret: tūc stetit quasi agnus innocēs z māsuetus: z non aperuit os suum. Item fuit amabilis q̄ deberēt eius misereri: z modico tpe lapsō adeo fuit cōsputus: q̄ qñ leprosus apparebat. z inuenerūt multa falsa testimonia contra ipm dicētes eū esse legis destructozē z populi subuersozē Tandē duo falsi testes accesserūt dicētes. hic dixit possum destruere hoc tēplum: z in triduo reedificare illū. Et cayphas dixit. Dic nobis si tu es christus iesus. **R**espōdit. si dixerō vobis mō: z si interrogauerō vos: nō responderētis mihi: neq; me dimitteris. Amen dico vobis. Et dēbitis celū apertum: z filiū hoīs sedentē a dextris vtriusq; dei. Tūc pnceps sacerdotū scidit vestimēta sua dicens. Quid desideramus testes: audistis blasphemiā: quid vobis videt. Tūc oēs clamabant. **R**eus ē mortis. tūc iter gladii symeōis trāssixit cor z aiām meā. **A** Quo tūc ductus est? **Ab** Ad iudicē pilatuz. **A** Sperasti tūc aliquid carissima dñā? **Ab** Abltū speraueram cū turba cōueniret cui sepe dulce p̄dicauerat z quoz infirmos sanauerat: q̄s i deserto pauerat: q̄ eū de manibus iudeoz eripe deberēt: tūc vnā-

miter corā pylato clamauerūt crucifige crucifige eū. z impropauerūt sibi q̄ dixisset se filiū dei: z phibuisset tributa dare cesari: tūc pylatus quesuit de regno suo. Iesus autē dixit. Regnū meū nō ē de hoc mūdo: esset regnū meuz ministri mei vtiq; decertarēt vt nō traderer iudeis: nūc autē regnū meū nō est hic. Dixit itaq; pylatus: ergo rex es tu. Dixit illi iesus. Tu dicis quia rex ego sū. Ego ad hoc natus sum: z ad hoc veni in mūdū vt testimoniā phibebam x̄itati. **R**espōdit pylatus. Quid est veritas. Hanc fortissimā questionē ideo noluit soluere qz si soluisset vtiq; eū liberasset: z ideo genus humanū redemptū nō fuisset. **N**ota ibi textum. Quomodo Judas videt eū damnatū retulit argentū dicens: peccauit tradēs sanguinē iustū. et laqueo se suspendit. **A**it autē pylatus ad p̄ncipes sacerdotū z turbas. **N**ihil inuenio cause in hoīe isto zc. **A**t illi inualescebāt vocibus dicētes. **L**ōmouit populū a galilea vsq; huc. Tūc pylatus audiēs q̄ galileus eēt misit eū ad herodez. Herodes x̄o viso iesu gauisus est valde. Interrogabat eū autē sermonibus vicz. si eēt ille quem pater ei? volebat occidisse: z p̄p̄ eū multos puulos necauerat. Item si ille esset q̄ celum illumauerat z qui lazary resuscitauerat: z adolescētez filiū vidue z multa alia fecerat. **R**ogauit eum vt signū faceret. p̄mittens ei q̄ de manib; iudeoz eū eripet. Iesus autē ei nihil respōdit. et posuit coronā sup caput ei. **H**ac corona oēs impatores coronant: z p̄mitte ei: si signū faceret q̄ p̄cipem regni z coheredem faceret. Iesus autē nō respōdit ei. **X**bum: tunc spreuit eum herodes z pylatus. **N**ota ibi textū totum fin lucam: Quomodo pilatus volebat illū dimittere iesum z illi petebant barrabam. Tūc clamabat turba. Tolle hunc z mitte nobis barrabam z clamabāt. **L**rucifige crucifige eū. **I**lle terciō dicit. qđ

Liber Anselmi

enī malī fecit: nullam causam malī inuenio in homine isto. Corripiam ergo illū & dimittam. At illi instabāt vt crucifigeret. Nota q̄ v̄xor pylati ad euz misit sicut legitur ī matheo. Nihil tibi & iusto illi. zc. vsq; ppter illū. Pylatus sperās satisfacere iudeis & crudelitati eoz vt legitur in iohāne: fecit eū ligari ad statūā & flagellari & a planta pedis nō est in co-sanitas vsq; ad v̄tricem inuenta. Hec statua adeo spissa fuit q̄ bn̄ circa duas palmas man⁹ manū t̄gere nō potat. Cū accipiebāt corrigias & man⁹ ligabāt: et milites plectentes coronā de spinis & capiti eius impresserint: Nota de ista corona q̄ nō fuit de spinis sed de marinis iūctis: qui habent acutiores aculeos q̄ de spine. Hanc coronam cū lancea pcutientes impientes capiti eius sanguis p faciem eius defluebat. Hanc coronā habz rex francie fm̄ Johānem. Tūc duxit eū ad iudeos flagellatum & indutum veste purpurea: & coronatū corona spineaz dixit. Ecce homo. Quē cū vidissent pontifices clamabāt crucifige crucifige eum. Dixit eis pylatus. Accipite euz vos: et fm̄ legē vestrā crucifigite eū. Respōderunt. Nos legem habemus & fm̄ legem debet mori: q̄ filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pylatus sermonē hunc magis timuit. Ingressus itez pylatus in p̄torium dixit ad iesū. vnde es tu. Iesus aut nō respondit ei verbum. Dixit pylatus. Adhī nō loqueris: nescis quia potestatem habeo dimitte di te: & potestātē habeo crucifigere te. Respōdit iesus. Nō haberes in me potestātē vllam nisi datū tibi desup fuisse: p̄pterea q̄ me tradidit tibi magis peccatuz habet. Nota textū Johānis. Exinde querebat pylatus dimittere iesū: iudei aut clamabāt dicētes. Si hūc dimittis: nō es amicus cesaris. Dimis q̄ se regē facit contradicit cesari. Videns aut pylatus: vt legit in matheo q̄ nihil p̄ficiebat accepta aqua lauit ma-

nus suas corā omī populo: & dixit. Innocēs ego sū a sāguine iusti huius vos videritis. Respondit vniuersus populus dicēs. Sanguis eius sup nos & sup liberos n̄fos. At illi instabant magnis vocibus postulantes vt crucifigeretur. & inualesebant voces eoz. Et pylatus adiudicauit satisfacere petitionib⁹ eoz. **A** Quid fecerūt dñia carissima postea? **A** Susceperūt dilectū filiū meū iesū: vt scribit Johannes & baiolans sibi cruce m̄xiuit in eū locū vbi crucifixerūt. et nota q̄ hec crux ita magna fuit q̄ habebat duodeci pedes in lōgitudine. Et adō debilitatus fuit tota nocte p̄feca q̄ eaz portare nō poterat. Unde in Luca. Apprehēderūt quendam symeonē cyrenēū nomine: & imposuerūt ei crucē vt portarz post iesum. qđ nō fecerūt causa miserationis quasi compaterē sibi: sed qz p̄ debilitate illud portare nō poterat. **A** Sequebant aliqui eū cū educerē? **A** Tota turba concurrebat: sicut q̄i fures educunt ad suspēdiū: vt lucas. Sequēbatur illū turba multa & mulieres lamētabant eū. Sequēbant etiam eū pueri picientes lutum sup eū & lapides. Conuersus aut filiū meus ad mulieres dixit: si lū ierusalē nolite flere sup me flete super vosmetip̄os & sup filios vestros: qui lutz lapides sup me mittūt nesciētes qđ faciūt: qz adhuc dies venient in quibus dicent. Beate steriles & ventres que nō genuerūt: & vbera que nō lactauerunt. Incipientes dicere. mōtes cadite super nos: & collibus: coopite nos: qz si in viridi ligno hoc faciūt: in arido qđ fiet: hoc est in sanctis meis. Ducebant aut duo n̄c̄ q̄ cū eo vt crucifigerent: hoc fecerūt ad maiorem confusionem eius. Et post q̄ venerunt ad caluarie locū vbi crucifixerunt eum & latronem vnū a dextris: & vnū a sinistris. **A** Quomodo fecerūt ei. **A** Audi quod modo referam est nimis lamentabile: & nullus euange-

*Longitudo crunis fci
des Anselmii & alibi
quidam pedis longa
biniq; sed feli ob se
domm inchenium in
qualitatem dimissas
hact.*

De

venerūt ad lo
totaliter v
fata fuit: tam
lumbo
crucem sup
p̄mo v
sp̄ssim q̄ la
vulnus clau
funicem tr
simile clam
etiā cū fin
cutiebant ita q
interabant. Ita q̄
auerūt oia o
dices id
v
causissima mate
vnde qualiter manus
vnde dicit. Audi e
audien
aiam mē tra
cū magno
p̄pensus q̄ manū
poteat
p̄ponderat
fuit & ap
de pedibus
Nota q̄ hec vng
refert quā mulieres il
qua regitur ca
quā q̄si q̄si lūna
vnde totum sāguine de
c̄p̄bene dem hūc in lūca p̄
ista v̄tētia in equo cōsp̄
Q̄ multum hūc vobis. Ab
qui crucifera cum dicitur
ta sua sup vestem eius solent
vt impletur quod v̄tū est
n̄c̄. Dicitur si v̄tū
p̄ ye. zc. Et sedentes ostē
fm̄ iohannis scrip̄tū p̄la
m̄ lūca
vnde n̄c̄ aremus v̄tū
crucifera. Noli scire
Sed quare rex sum iudeus

De passione dñi

listarū scribit cū venerūt ad locū caluarie nudauerūt cum totaliter vestib⁹ suis z ego exanimis facta fui: tamē velamie capitis mei circūligauī lumbos eius. p^o hoc deposuerunt crucem sup terrā et eū desup extenderūt. z primo vnū clauum incutiebant a deo spissum q̄ sanguis nō potuit emanare vulnus clauo replebat. Postea accipientes funem traxerūt aliud brachium z similem clauum incusserūt. Postea pedes etiā cū funib⁹ traxerūt: z clauos incutiebant ita q̄ oīa membra z ossa apparebant. Ita q̄ illd̄ imple ref̄ ps̄. Dinumerauerūt oīa ossa mea: et tūc ipta ē pphētia dicēs id̄ ē ipius xp̄i dicentis in ps̄. Audi filia z vide: q̄si dicat fili⁹: audi carissima mater sonū maleoꝝ: z vide qualiter manus meas z pedes meos cōfixerūt. Audi z vide z compatere mihi. Tūc hec audiens itez gladius symeonis aīam meā transfixit. p^o hec erexerūt crucē cū magno labore z fuit adeo alte suspensus q̄ nunq̄ etiā pedes suos attingere poterāt. Et cū erect⁹ fuisset tunc ppter ponderositatē corpis oīa vlnera dilacēata fuerūt z apta: et tūc primo de manib⁹ z de pedibus sanguis emanauit. Hora q̄ beata virgo induta fuit qdā veste: qua mulieres illius religionis vtī solēt: qua tegitur caput z totum corpus: z est quasi lintheum. Ista veste quasi totum sanguinē de manib⁹ z pedibus dilecti filij sui suscepit: z fuit ista vestis tota sanguine cōpersa. A. Quid factum fuit postea. Ab. Post h̄ qui crucifixerūt eum diuiserūt vestimēta sua sup vestem eius sorte mittentes. vt impleretur quod dictū est p̄ pphētā dicentē. Diuiserūt sibi vestimēta mea z sup ve. zc. Et sedentes obstruabant eū. Et fm̄ iohannes scripsit pylatus super caput eius litteris grecis hebraicis z latinis. Iesus nazarenus rex iudeoꝝ. Et dixerūt iudei. Noli scribere rex iudeoꝝ. Sed quia dixit rex sum iudeoꝝ. Respō

dit pylatus. Quod scripsi scripsi. Preterentes autē blasphemabant eū: mouerūt capita sua dicētes. Uach qui destruis templū dei: z post triduum reedificas illud. Salua te metip̄m. Si filius dei es descende nūc de cruce z credimus tibi. Similiter z p̄ncipes sacerdotū illudentes cum scribis dicebāt. Alios saluos fecit: seip̄m nō potest saluum facere: saluū fac te metip̄z: si rex israel es descende nūc de cruce. Lōfidit in deo: liberet eū nunc si vult. Dixit enī quasi filius dei s̄j. A. Quid ad huiusmodi insultus fili⁹ tuus Respondit. Ab. Scdm̄ lucā. P̄ dimitte eis quia nesciūt quid faciūt. z stabat p̄s expectans z deridebat. Tūc potuit dicere m̄ri. Audi filia z vide. Audi voces blasphemantiū filiū tuum z vide dolōrē meū. Scis enī q̄ de sp̄scō concepisti me: qd̄ virgo genuisti me: z qualiter me aluisti. Vñ ex quo isti nō credūt i me tu saltim crede: q̄ filius dei sum: z mihi cōpatere. Tūc itez gladius symeonis zc. Audiens hec latro qui a sinistris pendeat insultabat ei dicens fm̄ lucam. Si tu es christus saluum te fac z nos. Respondit autem qui a dextris pendeat z increpabat illum dicens. Neq̄ tu times deum qui iniuste damnatus est: et nos qui digna factis recipimus. Hic autē quid fecit. Et dicebat. Memēto mei domine dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi iesus. Amē dico tibi: hodie eris mecum in paradiso. A. Quid tunc fecisti domina mea. Ab. Stabant iuxta crucem: z cum vidisset me et discipulum suum Johannem quem diligebat conuersus ad me ait. Mulier ecce filius tuus. Q̄ miserabilis licentia. Deinde dicit discipulo: ecce mater tua. Scdm̄ lucam. Erat autē hora sexta z tenebre facte sunt super vniuersam terrā: vsq̄ ad horam nonam. Et circa horam nonā exclamauit iesus voce magna dicens. Hely hely lamazabathani. hoc est

deus etc. Quidam dicebāt: helyam vocat iste. Sinite si veniat helyas et liberz eum. Et fm Johem. Post hoc sciens te sus qz oia cōsummata eēt: dixit. Sitio Et vas erat positum plenū aceto et currens vnus spongyam plenā aceto recipiens dabat ei bibere vt citius moreret. Et cū accepisset acētū dixit. Consumatum est. Et post hoc fm lucam dixit In manus tuas commendo spūm meū. Post hoc fm Johannē Inclinato capite emisit spūm. Scdm Athēū. Et velū templi scissum ē in duas ptes a summo vsqz deorsū: et terra mota est: et petre scisse sūt et maxime illa petra in q̄ crux chasti stabat scissa fuit: vt manus imponi potuissent: et monumēta apta sūt: et multa corpora scōz q̄ dormierūt surrexerūt et apparuerūt multis: et introierūt in sanctaz ciuitatē. Lenturio autē et q̄ cū illo erant: custodientes iesū visu terremotu et hīs que fiebant timuerūt valde. Scdm lucā Ipe cēturio glificabat deū dicens. Vere hic homo iustus erat. Ecce oia elemēta quō xp̄o cōpatiebant: soli autē iudei misereri indurati erāt. Scdm Lucā. Omnis turba eoz qui simul aderant ad spectandum istud et viderant que fiebāt percuriebant pectora sua et reuertebantur. Stabant autē oēs amici eius a longe et mulieres que secute fuerant iesum a galilea hec videntes. A Carissima dña: habuit adhuc finem sūma doloris eius. Ad. Non quia nonduz plena pphētia symeonis fuit cōpleta. scz: tuam ipsius animam. etc. Audi ergo quod super omnia est lamentabile. Scdm Iudei ergo quomodo parasceue erat rogabat vt nō remanerent corpora. Erat enī magn⁹ dies ille sabbati rogauerunt pylatum: vt frangerent eoz crura. Venerunt ergo milites et primi quidem fregerūt crura et alterius qui crucifixus erat cū eo: ad iesum autē cum venissent vt viderent eum iam mortuum nō fregerūt ei⁹ crura. Sz

vnus militū lancea latus eius aperuit. et cōtinuo exiit sanguis et aqua. et cum hoc viderē qz tales crudelitatem exercerent in iā mortuū: exanimis facta fui: et tunc vere impleta fuit pphētia symeonis Et tuam ipsius animam etc. Et tunc incepi clamare et vlulare sed iam omnino lacrimę in me defecerant tm̄ fleuerā nō cte preterea et illa die. Dicebam o dulcis sine fili mi vbi est cōsolatio mea: quam semp in te habui. Quis mihi det vt ego moriar p te fili mi. Hic et alijs similibus deplanxi mortē filij mei dilectissimi. A Quid factuz fuit postea. Ad Ioseph rogabat ab aramathia vt tolleret corp⁹ iesu dicens inter alia: dñe nisi corp⁹ reddideris: citius pulceri unam dominam pdemus. scilicet matrem illius qui occisus est que tantuz dolorem ostendet qd ei compatimur. Tunc pylatus quesuit si iam mortuus esset: Et expertus a centurione de omnibus que ibi acciderant iussit reddi corp⁹ iesu: et venit et tulit corpus iesu. Nota hic nimium lamentabile. Qz cū Ioseph deponeret corpus iesu Maria stabat sursum pspiciens vt euz brachium solueretur tangeret et oscularetur: quod fecit: et cum depositus esset de cruce posuerunt cum ad terram bene ad tres passus de crucis loco et maria caput eius in sinū accipiēs amarissime flere cepit dicens. Heu dilectissime quales cōsolationē nūc habeo q̄ mortuuz te coram me video. Tūc accurrēs Iohānes euangelista cecidit sup pectus eius plorans et dicens. heu heu a pectore tuo portabam dulcia: modo tristitia et lamentabilia. Tunc petrus aduenit et qz christū negauerat amarissime fleuit. Tunc maria magdalena plus omnibus flere cepit super dominuz dicens. Quis mihi modo peccata dimittet q̄s me excusabit apd symeonē et sororē meam. Tūc ceteri discipuli accurrēs oēs lamentabant super dominū suum. Tunc deus ad consolati

De passione dñi

onem matris sue & discipulorū suorum glorificatus fuit ibi corā suis. Ita q̄ nulla plaga nec liuor in corpe suo apparuit preter quinque vulnera que reseruatur⁹ est in diem iudicij: & adeo clarus & san⁹ apparuit: ac si nūq̄ aliquam penā pass⁹ fuisset: de quo mater & discipuli nō modicum solati fuerūt. Et cū sepelire uel- lent b̄tā uirgo corpus fortissime tenuit: & sepeliri nō pmisit dicēs. Carissime iohannes relinque mihi saltem corp⁹ filij mei mortuū quē habere nō poterā uiuū. Sed si sit necesse ut ei hoc facias rogo: ut me cū eo sepelias. Cui iohannes carissima dñā scis q̄ aliter eē nō pōt & genus humanū redemi sic debuit. Tandē inuita pmisit ut sepeliretur. Et cū in sepulcro positus esset ad eā intrare uoluit: & sup sepulcrū se pstrauit: & adeo mirabiliter incessit q̄ oēs discipuli fleuerūt. Et cū eā iohānes ad ciuitatē ducere uel- let: & a sepulcro amouere adeo miserabiliter clamauit dicens. Iohannes amice mi carissime nō mihi facias hanc iniuriā: ut se pares me a dilecto filio meo q̄ hic expectabo donec moriar: & itē om̄s flere ceperūt. Quā iohānes tandē accipiens quasi uolenter deducēs intro ci- uitatē. Quam cū uideret populus ues- te aspsa sanguine sicut ante crucē steterat & sāguis sup eā stillauerat: unanimi clamabat gemētes & dicētes. Quāta iniuria hodie facta est in hierusalem i ista pulcherrima & filio eius & ei cōpatiebant^r.

Explicit anselmus tractans de passi-
one dñi nostri iesu christi.

Incipit speculum euāgelici sermōis
quo dñs n̄s iesus xp̄s pōt tanq̄ p̄sens
speculari editū a b̄tō anselmo ep̄o alias
stimulus amoris eiusdē nūcupatus.

Iesus nazarenū a iudeis innocē-
ter cōdemnatū: a gentibus cru-
cifixum nos cristiāi diuinis ho-
nozemus obsequijs Saluatoris infirma
nos qui christiani sumus reuerenter ve-

nerari & amplecti: & fortiter imitari dig-
nū est & salubre. Hec enī sūt instrumēta
fortissima quibus christus uirtus & inue-
stigabilis sapientia dei patris restaura-
tionē mūdi potenter ac mirifice opata ē
& vsq̄ mō operat^r. Christus dñs m̄iora-
tus est ab angelis: ut nos equaret ange-
lis. Christus dñs p̄ peccatis n̄ris cru-
cifixus est: ut crucis arma suis amari-
tudinibus dulcoraret. Abortuus est: et
mortē enecauit: ut uiueremus p̄ illū.
Et quis p̄pter christū se non humiliet?
Et quis nō amet christū: & quis nō pati-
atur p̄ xp̄o. X̄ps p̄ crucis ignominiam
ad supne claritatis gl̄iam p̄transiuit: et
data est ei p̄ sua reuerentia a deo patre
oīs potestas in celo & in terra: & adorēt
eum oēs angeli dei: & in nomine iesu oē
genu flectatur: celestium terrestriū & in-
fernozū. Tūc est gloriatio tua o xp̄ia-
ne: nisi in noīe crucifixi domini d̄i tui ie-
su xp̄i: in noīe quod est super omne no-
men in quo q̄ est benedictus super terrā
benedicetur in celis. Gloriamini in no-
mine sancto eius filij redemptionis: da-
te honorem saluatori uestro. Magna fe-
cit in uobis: & magnificate nomen eius
mecum dicentes. Adoramus te iesu xp̄e
rex israhel lux gentiū: p̄nceps regū ter-
re & uirtus dei omnipotentis fortissima
Adoramus p̄ciosū nostre redemptōnis
p̄cium o hostia pacifica que odorum tu-
ozum ineffabili: patrem qui in altis ha-
bitat ad respiciendū humilia inclinasti:
& filijs ire placabilem reddidisti. Tuas
iesu xp̄e misericordias p̄dicam⁹: tue sua-
uitatis habundantie memoriam eructa-
mus: tibi christe sacrificiū laudis imola-
mus p̄ multitudinem bonitatis tue quaz
ostēdisti nobis sem̄ neq̄ filijs sceleratis
Luz enī adhuc essem⁹ adhuc inimici tui
dñe: & mors antiqua in oēm carnem ini-
quum exerceret dominium: sem̄ ade le-
ge primordialis culpe obnoxius erat: re-
cordatus es uberrime misericordie tue: